

PL 545, 8

HISTORIA
ET INTERPRETA
TIO PRODIGII, QVO COE-
lum ardere visum est per plurimas Ger-
manię regiones, incunte Año Do-
mini M.D. LXI. die tertio
à natali dominico, qui
pueris innocenti-
bus dedica-
tus est.

ET DE ALIIS QVIBVSDAM
prodigijs veteribus ac novis.

CONRADO BOLOVESO
Fridemontano authore.



THE
LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY OF
CAMBRIDGE
PRINTED IN GREAT BRITAIN
BY THE UNIVERSITY PRESS

BY D. B. MILLER, Q. S. W. D. 111
MEMBER OF THE
COUNCIL OF THE
UNIVERSITY OF CAMBRIDGE



DE PRODIGIO COE
LI ARDENTIS VISO LONGE
latéq; per omnem ferè Germaniam, &
quid ex eo tum pij tum impij spe-
rare aut metuere possint ac
debeant, amici ad ami-
cum Epistola:

SALVE CLARISSIME ET
S honorande frater. In eũte anno Do-
mini M. D. LXI. in quo nunc versamur,
à natali Dominico die tertio, qui pueris
innocētibus est dicatus, apparuit ex vr-
be nostra & omni Heluetiorum vicinia,
duabus ante lucem horis, cœlo sereno,
ignis rubicundus, continens ferè, nisi
quod striæ candidiores interueniebant,
longè latéq; fusus, ad stadij ferè latitudi-
nem, (quanuis alibi angustior visus sit,)
longitudinem verò triplam aut quadru-
plam: ita vt omnibus intuentibus, ad
vnum ferè miliare, Septentrionem ver-
sus, pagus aliquis aut plures, vel oppidũ,
maximo incendio absumi videretur: &
plerisq;

plerisque in locis vicini tanquam ad vicinorum incendia extinguenda concurrerent. Sunt qui in igne isto sanguinei coloris, strias multas albas, fascibus hastarum per similes, videre sibi uisi sunt. Non constitit autem vno loco, sed per stadia multa promotus est: cum die tandem, vel sub diem potius, sensim euauit, collectus primum (ut Sāgalli apparuit) veluti in magnæ turris formam. In aëre quidem superiore extitisse hunc ignem, ex eo facile conijcias, quòd tam procul conspectus, & aëris motum fermè secutus sit: non tamē in summo aëre, ut illic, sicuti cometæ, ab ignis elemento accendi potuerit. Sic Tiguri, Glaronæ, Sangalli, Constantiæ, & passim circa Acronium Venetumque lacus: sic Basileæ, & plerisque in locis Heluetiorum ac Rhætorumque, visum hoc ostentum iam nobis constat: an verò etiam longius, cognoscetur breui. Quibusdam in locis inter Tigurum & Elgiam oppidulum, flamas etiam in terram decidisse aiunt, consternato inter illas quodā iter faciēte

te

te. Vir quidam fide dignus in agro Ti-
gurino, rem omnem diligenter à se ob-
seruatam mihi retulit. Primùm cum nox
ferena fuisset, & iam antelucano tene-
bræ maiores fierent, Lunæ nimirum oc-
casu, visam sibi à terra oriri lucem quan-
dam, tanquam radij diuersi & discolo-
res (vt cum Sol per guttas pluuiarū ua-
rios colores reddit) à terra procederent:
eóq; mox ad cœlū vsq; euectos; atq; il-
lic demum contraxisse ruborem, quasi
nubes quædam ruberet: & aliquantisper
substitisse, paulò post verò nubem quan-
dam per medium eius transijisse, visamq;
tum eiaculationem igneam, tanquã stel-
læ, è nube ardente.

Huius verò prodigij significationem,
vir doctissime, quam exercendi me gra-
tia, & animum ad eius authorem erigen-
di, sum meditatus: idcirco tibi describo,
vt iudicium super eodem tuum, cui plu-
rimùm tribuo, audiam.

Prodigiū significatio.

I. Prodigiū hoc cum nostro seculo inusitatum sit, & extremæ etiam ætatis senes, nunquam tale aliquid visum meminert, euentum quoq; insolitum esse sequuturum, timendum est.

II. Latitudo & magnitudo fuit insignis: propter quam etiam passim longè latèq; & vbiq; tanquam proximum visum est. vnde malū ingens, nec ad vnā regionem peruasurum auguramur: inq; eo omnes fore perplexos & incertos, quonam potissimū abeant, & vbi incendio grassanti resistent.

III. Color ipse tanquam ignis sanguinei, quid nisi bellum portendit: in quo terra sanguine cesorum redundatura sit, & omnia incendijs vastanda?

IIII. Populis autem illis potissimū minatur hæc calamitas, quibuscūq; prodigiū hoc visum est proximum.

V. Et quoniam ante diem ex improviso subitōq; apparuit, dormiētibus adhuc ferè omnibus, calamitatem imminētētem plerisq; nō cogitantibus, nec se præparantibus, aut pœnitentiā agentibus,

& nimum securis, superuenturam expectandum: neq; particulares tantum huiusmodi calamitates, sed breui inopinatum totius mundi iudiciu ad futurum.

VI. Idq; breui abhinc tempore omnino: quoniam ipsum etiam hoc aeris incendium ubiq; veluti praesens & proximum (vt dixi) visum est.

VII. Et quia breui tempore duravit, ipsam quoque persecutionem non fore diuturnam, spem nobis facit.

VIII. Quoniam vero mox eo discusso, Sol ortus est, persecutionis fine, claram verbi diuini lucem futuram sperabimus.

IX. Rubor no omnino cotinuus, sed interuallis seu strijs quibusdam splendidis ac translucidis distinctus, per quas etiam stellae comparuerunt: in medijs ipsis calamitatibus & persecutionibus, Deum suos consolaturum esse & caelestem Euangelij fulgorem in ipso incendio emerfurum, significat.

X. Iam cum ab initio anni huius inuentis visum sit prodigium, an per annu

hunc totum duraturam calamitatē me-
tuemus? nam nunc etiam magni motus
parturire incipiunt, pariētq; nisi Deus
auertat, mala ingentia. An potius, quia
statim à Domini natiuitate apparuit,
tertio scilicet die pòst, intra totidem ab-
hinc annos, Domini nostri Iesu Christi
doctrinam longè latèq; propagandam,
& veluti postliminio restituendam, fal-
sis omnibus dispulsis, atq; ita pios annū
nouum, nouum viuendi genus auspica-
tuos, sperare audebimus?

XI. Et quia in ipso pueris innocentib;
dedicato die apparuit cruentus ille i-
gnis: nō dubitabimus, quin ille olim vin-
dex & vltor sanguinis innocentium pue-
rorum, nunc etiam piorum & fidelium
qui persecutiones & mortes ipsius no-
mine sustinuerūt, vindex ac vltor sit fu-
turus: & eorum qui adhuc supersunt, de-
fensor atq; assertor, dummodo tantum
suae causae patronum illi agnoscant, vitæ
emendatione respondeant, sēq; oratio-
ne & sobrietate aduentanti gratiæ præ-
parent.

XII.

XII. Stellarū traiectio & veluti casus
imminentem nimirum extremi iudicij
diem designat: sub quem prænuncia hu-
iusmodi signa conspectum iri, Dominus
noster Christus mature nos præmonuit.
Nullo autem vnquam seculo tot tantaq;
passim prodigia & signa inusitata, atq;
hoc nostro intra paucos hæcten^o annos
visa sunt: vt omnino diem illū extremū
non procul abesse, cum alijs portentis,
tum hoc præcipuè non particulari, nec
terrestri, sed vniuersali fermè coelestiq;
portendi, nisi penitus nimia securitate
torpemus, animaduertere debeamus.
Sed necesse est prius bestiam illam Baby-
lonicam sanguine sanctorum turgidam,
necdum fatiatam, prosterni, & Euange-
lium denuò syncerum per omnem orbē
terrarum prædicari: quod vt fiat quam-
primū, Deum Opt. Max. per Dominū
nostrum Iesum Christum in Spiritu san-
cto orabimus.

Non autem idcirco quod principis
hostium Christi regnum sit ruiturū, secu-
ritatem nobis promittere debemus: sed

B V

nisi omnino illico vitæ emēdatione nobis caueamus, & nullis bonis operibus instructi, fidem iactare inanem desinamus, per illū ipsum nos primū puniemur. Nam cum vita plerorūq; omniū nostra, profelsioni ne utiquam respōdeat, multis modis pœnas grauissimas sumus commeriti: & magis quidem quàm aduersarij nostri, eo nomine, quòd in tāta cognitæ veritatis luce, nullo synceræ religionis feruore accēdamur, inq; omni vitiorum genere volutemur, nec vllam ferè disciplinam tum priuatim tum publicè admittamus: & Magistratus pleriq; omnes non Rebus pub. tantū ac ciuitatibus, sed Ecclesijs etiam dominari, non autem communi earum disciplinæ submittere se velint: deniq; Ecclesiarum pastores pleriq; ambitione, auaritia, luxu, alijsq; vitijs, nihilo illis quos erudire & pascere verbo Dei debebāt, meliores sint, multi etiā deteriores. Quam obrem manum Domini nobis imminere: & frigentibus nobis, non iam paucis & priuatim vt antehac, sed publicum persequutio-

sequutionis ignem, quo satis superque in-
calescamus, esse admouendum, planè ve-
hementer est metuendum. Ab ad-
uersario enim Christi & membris eius
(nisi Deus auertat) exhibit incendium
iam diu nobis paratum, & ab Italia in
nos, Septentrionemque versus (quò & pro-
digium inclinavit) in Christianos saue-
tur. Speramus tamen, ac supplices deuo-
tis animis oramus Deum Opt. Max. pa-
trè Domini nostri Iesu Christi, hoc ma-
lum paulò post à nobis auersum iri: non
propter nos, sed propter nomen suum,
& sanctos Christi sui cultores. Horum
enim longo iam tempore à septicipite
illa & cornuta cruentaque Babylonica be-
stia (qua cum scortati sunt & scortantur
reges ac principes terræ) sanguis per om-
nem Germaniam, Galliam, Italiam, Hi-
spaniam, aliasque regiones, copiosissimè
vel profusus, vel flammis absumptus,
nunc è terræ visceribus vnà cū flammeo
splendore, vniuersus erupisse, & cruentū
illud aëreum incendium, vindictam à
Domino assertore & vindice suorum por-
ten-

tendens, conflasse videri potest: vt euidentem huius prodigij causam omnes homines & videant & intelligāt. Puniet igitur Deus, simul quidem suos quos amat, vt emendentur: simul verò, aut saltem illicò pòst, sui nominis hostes, qui obstinati in sua malitia & sanctorũ persecutione pergūt. Nos peccata nostra cognoscere, et veniã implorare decet: nec desperare ad primos statim Antichristi vtcunq; atroces insultus. Videt enim ille sibi iugulum peti: vndiq; magnam à se defectionem fieri, & ne deseratur penitus, extrema omnia experitur. Nos si in sincera Domini inuocatione durare, & nosmet rebus seruare secundis, meminerimus, quotquot ab hac calamitate superstites manere Dominus voluerit, euentum felicem, & Euangelij per orbẽ terrarum propagationem: principis verò illius, qui Christo sub ipsius nomine aduersatur, ruinam iam pridem inchoatam, prorsus absoluendam experiemur. Nam sicuti maximus, ita etiam vltimus illius hic conatus futurus, existimandus est:

est: & ut die superueniente disparuit prodigium, sic clara Euāgelij prædicatione, & mox vltimi iudicij superuentu, mala omnia finem habitura sperandum. Sic nos bonis magnisque animis benè ominari nobis debemus. potest enim nos omnipotens ab omni calamitate, si voluerit, eripere: sin minus, felices tamen, qui in eius nominis cōfessione pro Christo & veritate, fortiter moriuntur: infelices verò, quicunq; aduersus Christum victores sese putauerint.

*Prodigia diuinitus fieri aut excitari,
contra Epicureos.*

Aristoteles Meteororum libri I. cap. V. inter aliorū, quæ ignea vocat Meteora, mentionem, sic scribit: Videtur aliquando noctu aëre sereno multæ apparitiones (phasmata vocat) coire in cœlo: vt sunt Hiatus, Foueæ, Colores sanguinei. quarū eadem causa est, quæ prædictarum. Proximè autem retrò dixerat ab exhalatione calida & sicca in summo
aëre

aëre accensa, tum alia quædam meteora,
(vt Trabes, Capras, Stellas traijcientes,)
tum etiam φλόγα dictam, id est, Flam-
mam vel Incendium fieri. Quòd si exha-
latio illa accésa (inquit) longè latèq; ex-
tendatur, sepe videtur ardere Flamma,
tanquam in agris cum stipulæ sunt accé-
sæ, etc. Exhalationum quidè (ex eiu-
dem philosophi sententia) quæ in sum-
mo aëre videntur serenis noctibus, aliæ
verè ardent: idq; vel longo tempore, vt
crinitæ: vel breui, vt Flammæ, Faces, Ca-
præ, Stellæ traijcientes. Aliæ apparent
quippiam esse quod non sunt, phasmata
propriè dicèdæ: vt Nubes colore aliquo
conspicue, præsertim puniceo, purpu-
reo sanguineo: alij enim colores uix ap-
parere possunt, ex radiorū scilicet refle-
xione orti, vel mistione albi & ignei. Itè
quæ Hiatus vel Fouæ dicuntur, etc. Sūt
qui Colores etiam huiusmodi re ipsa
existere putent. Existimari autem po-
test, reuera interdum sanguineas tum es-
se tum apparere nubes: quoniam & san-
guine pluisse non rarò legimus: aliquan-
do

do autē apparere solūm, ex reflexione lu-
cis. Incendij quidē nocturni & flamma-
rum colorem sanguineum tum esse tum
videri, non est dubitandum, præsertim
cū flamma seu materia inflammata cras-
sior est. & fortè per hyemem magis, cum
è terra inflammabiles, aut etiam inflam-
mati vapores erumpunt, ascēduntq; per
aërem frigidū, humidū, crassum: quē ad-
modum è ligno viridi flammæ, magis ru-
bicundæ apparent. Hisce philosophicis
rationibus aliquis fortè impulsus, no-
strum hoc prodigium (siue Colorem san-
guineum, siue Flammam potiùs & incen-
diū cæleste nominare voluerit) rem pe-
nitus naturalem esse, & cuius causę ex
ipso naturæ sinu satis exprimi queāt pu-
tabit: atque aliud nihil, nisi naturalem
fortè aliquē effectū, portendere: vt ali-
quam aëris & constitutionis anni mu-
tationem: aut imminentem pestilentia:
inter cuius signa naturæ consulti ignea
huiusmodi meteora, vt hiatus, ardores,
cometas, stellas cadētes, & alia in æthe-
re noctu cōspicua, ponere solēt. Quā-

his enim hoc tempore brumali halitus
calidi sicciq; & inflammabiles, è terra
non soleant erumpere: existimandū ta-
men (dixerit ille) eos terra diutiùs ma-
gno gelu occlusa, copiosius collectos,
vi tandem maiore meatibus referatis e-
rupisse, & in summum aërem elatos ac-
censósq; coacto per antiperistasin calo-
re: aut à radijs Sôlis iam propius ortum
existentis, colorem illum siue accésus,
siue ex repercussione apparentem dun-
taxat, redditum: strias autem illas candi-
das, radios solares fuisse, ea tantum par-
te admissas, qua rarior vel tenuior col-
lectæ exhalationis substantia erat. nam
& in altis montibus Sôlis radij multò ci-
tiùs, quàm inferiùs apparent. Hoc aliàs
etiam similiter accidisse, in historijs tra-
di. Magnum autem incendium apparuif-
se, quoniam exhalationes plurimæ fue-
rint collectæ, terra diu conclusa vi fri-
goris, locis præsertim montanis: quorū
maximi plurimiq; sint ventres ac meat⁹,
his vaporibus pleni. Hæc & huiusmodi
fortè homines nimium philosophi, aut
etiam

etiam prorsus ἀθεοί, vt Epicurus, Lucretius & alij, proferent: & hac ratione nihil timendum nobis suadebunt. Sanè hæc sola ratio (inquit) authore Cicero-
ne De diuinatione, ex sententia & testi-
monio interpretum portentorum valet,
cōtra omnia ostenta, monstra, portenta:
Nunquam, quod fieri non potuerit, esse
factum: sin potuerit, non esse mirandū.
Atque sic nullum esse monstrū seu por-
tentum quod fieri possit. Fuisse autem
vim aliquam maiorem, quæ clausos ter-
ræ meatus aperuerit, ex eo constare po-
test: quòd alicubi terræmotus circa me-
diam noctem præcessit: vt Tiguri qui-
dā obseruarūt, vigil nocturnus, & alter
quidā, ferreis instrumētis & vitreis qui-
busdam laminis subitò concussis: alibi
verò hiatus putei instar, præcedente
die, in terra apertus est, vt prope Tu-
bingam. Sic illi quidem sentiunt, huma-
na sapientia freti. Nos verò ex sacris lite-
ris, æternæ diuinæq; sapientiæ thesauro,
& veracissimo Domini nostri ore prodi-
gia huiusmodi diuinitus mitti, (Deo vel
B

supra contra ue naturam sunt facientes
vel etiam naturalibus rebus ad suam vo-
luntatem significãdam, vtente,) dicimus
atque credimus: attestantibus etiam hi-
storijis magnas semper calamitates hu-
iusmodi prodigia esse secuta.

EXIV LII OBSEQVENTIS

*Prodigiorum libro, ab anno urbis con-
dite quingentesimo quinto.*

T. Graccho, M. Iuuentio Cofs. inter
cætera prodigia, Formijs duo Soles in-
terdiu visi. Coelum arsit, fulmina crebra
& procellosa tempestas fuit.

P. Scipione Nasica, Cn. Martio Cofs.
Anagninæ coelum nocte arsit, fulmine ple-
raque decussa.

P. Africano & Lælio Cofs. Cere san-
guinis riui è terra fluxerunt: & nocte
coelum ac terra ardere visum. Stella
arsit per dies triginta duos.

C. Cæcilio Cn. Papyrio Cofs. Alba-
nus mons nocte ardere visus. ædicula &
signum de coelo tacta. Terra in Lucanis
latè

latè hiauit. In Gallia cœlū ardere visum;
Cimbri Theutonique alpes transgressi,
fœdam stragem Romanorū sociorumq;
fecerunt.

C. Lelio, L. Domitio Cofs. inter cæte-
ra prodigia in Vestinis fax in cælo appa-
ruit, & totum cœlum ardere visum.

L. Martio, S. Iulio Cofs. AEnariæ ter-
ræ hiatu flamma exorta in cœlum emi-
cuit. Circa Rhegium terræ motu pars
urbis marinæ diruta.

SENECA NATURALIVM

*Questionum lib. I. Cap. XV. Prodigiū
nostro persimile describit.*

Inter fulgores (inquit) quos Græci
εἶλα vocant, ponas licet & quod fre-
quenter in historijs legimus cœlum ar-
dere visum: cuius nonnunquam tam su-
blimis ardor est, vt inter ipsa sydera vi-
deatur: nonnūquā tam humilis, vt spe-
ciem longinqui incendij præbeat. Sub
Tiberio Cæsare cohortes in auxilium
Ostiensis Coloniae cucurrerunt, tanquā

cōflagrantis, cum coeli ardor fuisset per
magnam partem noctis, parum lucidus,
crassi fumidique ignis. De his (fulgoribus)
nemo dubitat, quin habeant flammam
quã ostendunt. certa illis substantia est.
In prioribus verò (arcu & corona) subef-
se aliquid corporis certi, nobis nõ pla-
cet, &c.

Ex Polydori Virgilij De prodigijs libro.

Anno salutis M. XII. Fax ardens in-
star turris cum magno fragore de cœlo
cadere visa est: quum Hierosolyma à
Turcis capta est.

*E CATALOGO PRODIGIO-
rum M. Frytschij Laubani.*

Anno Domini 1104. Cœlum ardere
frequenter visum. Complures stellæ de
cœlo in terram cadere visæ. Faces arden-
tes, iacula ignita, ignis volans, sæpius per
aëra ferri conspecta sunt. Noua astra vi-
sa. Ignes cælestes multifariam orti. Igneæ
acies, turmae equitum, peditum cohortes,
ciuita-

ciuitates, enses, gladij, arma cruenta in
coelo visa, inuicem conflixere, &c.

Año 1120. Nubes sanguineæ, crux,
homo candens in coelo visa. Exitiū orbi
terrarum tum aduentasse credebāt. Ta-
lia prodigia bellum ciuile portendisse in
Fastos relatū est. De ijs quæ consequuta
sunt, videantur Annales Boiorū ab Auē-
tino editæ, fol. 615.

Anno 1375. Cœlum tota nocte cre-
brò ardere visum.

Anno 1550. Globi ignei tres in Mis-
nia Lipsiæ in aëre de nocte visi, quos
multi studiosi, & præclari aliquot viri
conspexere.

Anno 1551. Ianuarij die 28. Vlyfbo-
næ in Portugalia virgæ sâguineæ, nec nō
horrendi ignes in coelo conspecti sunt.
Pluit etiam sanguine. Terræmotus por-
rò extitit tantus, vt ducetas domos hor-
ribiliter cōcuteret ac demoliretur: qua
excursiōe vltra mille homines perierūt.

Anno 1554. prima februarij die, Ca-
thalani Galliæ vrbe, post lustrationem
exercitus, quam rex Galliarum eo loci

fieri mandauerat, mirum circa Lunam ostentum visum est. Nam ignis incendiū vehemens ab Orientis parte subortū, ad occasumq; vergens, Lunę se in modum maximæ facis obiecit. Sæuijt incendium hoc ignis, magno eum fragore, scintillas in aërem crebrò proiiciens flammiferas, non aliter ac faber dum candens ferrum mulcere intendit. Hęc Frytschius. Aristoteles talem ignem, Capram nominat.

*AD PRÆCEDENTEM EPI-
stolam Amici p̄ij & erudit̄i
responsum.*

Reditæ mihi sunt V. C. literæ tuæ, vnà cum Prodigij libello. Habeo humanitati tuæ gratias ingentes. omnia enim tu copiosè & luculèter, quàm probè & conuenienter, exitus commōstrabit. Interim Deum rogabimus, vt pro sua clementia omnia in melius cōuertat. Ego vt te excitarem, nonnulla & ipse adieci, quæ hęc leges.

Pro

Prodigiū significatio.

Sicut omnes vno ore fatentur insolitum hoc prodigium, magnum malū hisce regionibus portendere: ita quoque causas eiusdem mali tam vicinas nobis & conspicuas fore arbitror, vt in omniū oculos & mentes sint incursum. Cūque pleræque calamitates generis humani, sint conciones poenitentiae, (licet vulgi error alias aliisque malorum causas quandoque prætexat, hoc tamē aëris incendiū diuinæ iræ tam evidens est argumentū, vt præter paucos, nemo tam stupidus & vecors sit futurus, qui nō intelligat. Nos quidem extra coeli iactum neutiquā futuros crediderim, quòd ita peccata nostra flagitare videantur: quòdque crucis exercitium ecclesie plus semper cōmodi, quàm ociū & desidia importauerit. Hinc vulgatum illud, SANGVINE MARTYRVM RIGARI HORTVM DOMINI. Etsi autem hostes nostri nos omni maleficiorū genere antecedunt, tamen nos eos non longo in-

teruallo consequimur. Luxuriæ instrumentum & occasionem cōmodam, nostrum plerisque deesse dixeris, non ipsum luxum. Religio quoque nostris paulatim neglectui & questui esse incipit, non minus quàm olim Romanistis. Paucos enim theologos reperias qui pauperem Christum in casa & stabulo quærere dignentur. Ambiunt plerique opima sacerdotia, pro quibus non aliter, quàm pro aris focusque cōcertant. Hinc tot simultates, tot clandestinæ obtrectiones, quæ in dies horasque magis magisque gliscunt, adeò ut nihil illis sit disiunctius, quibus nihil debebat esse coniunctius. Illa omnino sunt tempora, quæ Eusebius initio octavi libri ecclesiasticæ historiæ depingit: quæ Diocletianum aliquem desyderant, qui luxata membra denuò in integrum restituat.

Deus ecclesiam suam per ignem quidem ducet, quo nomine in scripturis crux & persecutio designatur: quæ tamen, ut spero, nõ erit diuturna: sicut nec ignis prodigiosus diuturnus fuit, qui apud

puđ nos vnam, non amplius, horã, eã-
que antelucanã duravit. Impiorũ enim
furorem psalmographus spinarum igni
non in scitẽ comparat, qui magnos qui-
dem fragores edit, tunc autem cum ma-
ximus apparet, subitõ collapsus in ci-
neres subsidit.

Etsi autem hic ignis altissimos quos-
que montes incẽdio suo inuoluit, ideõ-
que non humiles modõ, sed & monar-
chas in sublimi positos corripiet: Stel-
las tamen quæ interlucebant, id est, ec-
clesiã ministros de statione sua non de-
turbabit: qui facem diuini verbi præfe-
rentes, caliginosam persecutionis no-
ctem serena Euangelij luce illustrabunt,
donec optata dies illucescat, & sol iusti-
tiã in hominum cordibus oriatur.

Vnica tamẽ Stella de cœlo cadere vi-
sa, quæ igneũ illũ tractũ, obliquo limite
media sulcauit. Credibile autẽ est, vnum
aut alterũ doctore, vel metu minarũ, vel
preĩiorũ spe illectũ, de gradu suo deij-
ciẽdũ fore. Rogandus ergo Dominus est,
vt nos in sincera fidei confessione con-

B v

stantes tueatur. In hoc omnibus pijs
conuenit, flagellum Domini esse in fori-
bus: quem tamen hi motus nacturi sint
euentum, vnus Deus nouit, qui solus re-
rum euentus moderatur. Nos ea tantum
afferimus, quæ verisimilia, & à verbo
Dei non aliena videntur. Nam verbū Do-
mini lucerna debet esse pedibus nostris,
& lumen semitarum nostrarum: Quod
ipsum nos de causis calamitatū pleniū
erudit, quàm ex huiusmodi prodigijs
percipi queat: quæ ferè propter repro-
bos & pertinaces homines, apud quos
verbum Dei locum non habet, vt omnis
excusatio ipsis præcidatur, diuinitus im-
mittuntur. Interim tamen non negaue-
rim, esse conciones poenitentiae quoque,
quam tamen nunquam seriò capessent,
qui verbi diuini ductu destituuntur. Vi-
demus enim ferè homines prophanos,
quò sunt nequiores, eò enixiùs cū incre-
dulis Iudæis signa coelitus deprecari:
quæ si apparent, plenis quidē buccis cla-
mitant, peccata nostra talia portēta ex-
poscere: sed pars doctrinae euangelicæ
hæc

hæc accepta fert, pars à se in alios deri-
uat: & quam quisq; pœnitentiam ore in-
geminat, rarissimus opere præstat. Soli
Christiani, quibus verbi diuini lucerna
prælucet, peccata sua agnoscunt, & ope
diuina vitam in melius reformare studēt,
quos in præsentibus ærumnis hoc vni-
cè solari potest, quod intelligūt Deū ex
singulari sua gratia pœnas commeritas
in martyria conuertere: vnde fit vt sibi
quoq; gratulētur, quibus hoc à Deo da-
tum sit, vt non solum in Christū credāt,
verū etiam pro illo patiantur. Nam &
si nostra peccata ingentia sunt: tamen
hunc principis aduersariorum Christi fu-
rorem, non nisi propter synceram fidei
confessionem, tam atrocem experimur:
quem declinare poteramus, si ab Euāge-
lij doctrina resilire vellemus. Deus Opt.
Max. nos diuina sua gratia, & singu-
lari spiritus sancti auxilio,
conseruare dignetur.

Amen.

Re-

RESPONDIT iterum huic epi-
stolæ author prioris: et approbavit: Stel-
las tamen (inquit) quę deciderunt ex
ignito illo prodigio, malim interpretari
aduersarium illum Christi cum suis, qui
hactenus tanquam stellæ habiti sunt, Lu-
ciferi instar è coelo præcipitè datum iri,
&c, hoc est, ab omni illa, quam nunc ve-
luti cælestem vsurpant, autoritate rui-
turum: quod faxit Deus omniū pro-
digiorum & effectuum author.



**ECLOGA EX EPI-
STOLIS HOMINVM FIDE DI-
gnorum diuersis, & libellis quibusdam
impresis, (vt Normibergæ & Vinariæ,)
super eodem prodigio, breuiter ex-
posita: ita vt ea ferè quæ cum
supra positis epistolis cõ-
ueniebant, omissa
sint.**

Igneũ illud ostentũ Augustæ Vindeli-
corum quidem, & iuxtà, visum nõ est,
nõ procul verò Augusta, ut circa Neur-
zam, Landspergam, Norimbergã, in du-
catu Vuirtenbergensi, in Belgico, & ver-
sus Vngariam quoque, intra triduũ post
Natalem Domini, non tamen eodem die
in locis omnibus: ita vt pleriq; viciniam
conflagrare existimantes, suppetias ei
laturi accurrerint: alicubi iam iam ignes
illos cœlo lapsuros expauerint: Hæc vir
quidam nobilis in epistola. In charta
impressa legimus apparuisse hunc ignẽ
Eccelshemij, Forchhemij, & Bambergã
versus:

versus: item Campoduni, & multis alijs
locis. Et vir quidam fide dignus scri-
psit ad nos, visum circa infrâq; Vlmam,
& in Athesina regione: item Lindauia,
Monâchi in Bauaria, prope Augustam,
(nō tamen in vrbe Augusta:) Viennam
quoque versus, & circa Antuerpnam.

In libello Vinariae (vt fertur) impresso,
legitur prodigiū hoc visum esse caelo se-
reno, nullis omnino nubibus, ita vt quar-
tam ferè coeli partem occuparet, tanto
splendore, vt in eo prospicere & discere
obiecta facile fuerit. Ignis enim fuit ma-
gnus, latus & longus, maximi alicuius
incendij instar, strijs candidis tribus di-
stinctus, qua parte sanguineus color di-
lutus apparuit: qui versus alteram partē
saturatus ac densus fuit, & vltimo re-
cessu atra crassâq; nube circumdatus.

Alij strias candidas à principio ad i-
gnem visas aiunt, circa medium nō adeo
rubentes, claras pauco rubore permix-
tas, per quas etiā stellæ transparuerint.

Signa alicubi campanis data, tanquā
ad extinguendum incendium. Ignis ipse
sensim

lenſim promotus ab ortu ad occaſum
(aliqui à Septentrione cœpiſſe ſcribunt)
nubis inſtar: & ſtellę aut ſtellarum inſtar
Flammę traijcientes in eo (vel ab eo) vi-
ſę. Videri autem primũ cœpit tribus,
aut dimidia minũs, ante diem horis, du-
rauitq; circiter horam vel ſeſqui: & per
horã ferẽ ante lucem iterum diſſipatus
eſt. Ex literis Conſtantia ad nos ſcriptis:
Proximo innocentium puerorũ die, in
cœlo viſę ſunt haſtę aliquot magnę,
oblongę: Cruces duę quarũ vna Helue-
tica (. i. candida) erat: altera qualis fue-
rit, non exprimitur: & virga, cœlo inſtar
languinis rubente, ita vt aliqui incendiũ
exclamare parati eſſent. Piſcatores qui-
dã in lacu circa horam ſecundam à me-
dia nocte, magnum & luculentum hoc
prodigium viderunt ad ſextam vſq; ver-
ſus Sueuiam præcipuè: verſus Turgaviã
Heluetiorum verò, ſtellam quinis diſtin-
ctam radijs, quorum duo brachij longi-
tudine fuerunt, alij venabulorum inſtar.
Circa Roteuillam fama eſt feruorem
quendam in aère auditum, tanquã bul-
lientis

lientis in olla liquoris : qui mox in pro-
ximum collem decubuerit, in quo ali-
quandiu post terra similiter cum sonitu
quodam ferbuerit. Ex literis Memmin-
gæ scriptis. Die innocentium puerorum
manè inter quintam & sextam, ultra ho-
ræ spacium in cœlo visus est magnus &
inuisitatus rubor, Septentrionem versus :
qui hemicyclij ferè figura, meridiem pe-
nè versus se promouit, & incendij speciè
præ se tulit, cuius extinguendi causa in
pagis aliquot signa campanis data sunt.
In huius ruboris altera parte striæ can-
didæ apparuerunt : quæ mox in ruben-
tes & igneis per similes flammæ abierunt,
ita vt emicantes ab incendio flammæ vi-
derentur. Altera verò pars concolor, &
tota sanguinis instar rubicunda fuit, ter-
ribili spectaculo. Cœli quidem intuitū
non intercepit, & tanquam è cœlo emis-
se per hunc ruborem stellæ traicere visæ
sunt. Sic ille. Tiguri quidam vigil no-
cturnus in turri circa mediam noctem
terræ motum manifestum se percepisse
ait: (vt & artifex quidam specularium,
qui

qui laminas vitreas noctu subito concus-
sas miratus est:) quem à nemine alio &
alibi nusquam, de quo nobis cōstet, ob-
seruatum miror. Ex alia epistola ab eru-
dito quodam viro scripta: Prodigium hoc
ætherei ardoris Bernæ visum non est: sed
in agro hinc inde plurimi sunt qui vide-
runt, etc. Ultra quidem Bernam versus
Galliam, audio nil visum, nec Friburgi,
nec Laufannæ. In Bernensium agro pro-
digiosa quædam narrant: Visum in igni-
to isto globo Vrsum & Leonem cōcer-
tantes. In Gruenensi ditione referunt glo-
bum igneum ita prope quendam pagum
præteruolasse, vt rusticus quidam de in-
cendio suarum ædium sollicitus esset,
igne iuxta culmen domus suæ cōspecto:
Hæc scribo ex fama, vt petitioni tuæ sa-
tisfaciam, donec certiora cognouero.
Sic ille. Alius in Bernensium agro ali-
cubi prodigium hoc nescio quomodo
exercituum confligentium acies repræ-
sentasse scripsit.

Tertio etiam die post supradictum pro-
digium ardentis cœli, hoc est, tricesimo

C

Decēbris, qui fuit penultimus anni 1580.
manè octaua hora, quę ante meridiem
quarta est, visum est oriri incendiū cir-
ca Badam Heluetiorum, cum magno &
crasso fumo: & cum incolę Regenspur-
gi (quod oppidum Tigurini agri est) ac
vicini, accurrere extinguedi causa para-
ti essent, mox euauit. neq; dum cogni-
tum est, vllum in eo loco verum incen-
dium fuisse: sed prodigium quoddam
hoc quoque existimant.

*EX EPISTOLA A QVODAM
è Vindelicis, ad amicū huius prodigij interpre-
tationis ab initio posita authorem
scripta.*

Gratias tibi habeo quod interpreta-
tionem tuam super diro illo ostēto cō-
municaueris, quod nō solūm vos Helue-
tij & Rhæti vidistis in æthere, sed & Al-
gæa, tota Sueuia nostra (excepto Aug-
sburgo, in quo nemo, ne vigilum quidē,
quicquam eo die conspexit, cum tamen
duabus, vel tribus miliaribus hinc com-
paruerit,

paruerit, putarintq; boni illi vicini Aug-
sburgum flagrare) ducatus Vuirtenber-
gensis, Franconia & Thuringia lamenta-
biliter intuiti sunt, eadē hora & momē-
to quo & vestri viderunt. Ego physicum
nihil habeo quod inde cōijcere possim.
nam per tantum terrarum spatium; tan-
ta neque euaporatio neque exhalatio
gelidissimo hoc tempore potuit contin-
gere, vt tale incendium vbique adparere
potuerit: nedum terræmotus apud uos
perceptus causa fuit, cū nullibi amplius
fuisse audiatur. Proinde tuo progno-
stico accedo, ac spero breui Christum
vindicem verbi sui aduenturum ac iudi-
caturum seculum per ignem: Nisi malis
ita enucleare, quod omnibus in locis
vbi ignis is sit visus, igne Euāgelij sit ple-
nè depurandus populus, ac fauillæ
cineresque omnes exufflandi. Bauari
verò ac Austrij (quibus hæc non adpa-
ruere,) in tenebris, nisi Deus misereatur,
peribunt.

DE ALIIS QVIBVSDAM

prodigijs.

Pridie eius diei quo coelum ardere visum est, hoc est, Decembris die 27. in fine anni 1560. inter Tubingam oppidum ducatus Vuirtebergensis, & Iesingam pagum, qui quadrante miliaris tantum à Tubinga distat, subito aperta est vorago in agro quodam, profunda pedes triginta sex, lata viginti, circa terram verò non amplior puteo communi, rotundo ambitu: aquam continens ad nouem pedes. Aliqui falsò sparserunt profunditatem tantam esse, vt nondum sit explorata. Sanguine etiam circa idem tempus alicubi in Germania pluuisse, sparsus est rumor.

Die 13. Decembris, anni 1560. Viennæ Austriæ terræmotus fuerunt cum tempestate ingenti & coruscationibus expauendis. Turris, ædes cathedralis S. Stephani, fulmine tacta est. Coelum ardere visum longo temporis spacio: vt nobilis quidam Vindelicus suis literis nobis testatus est.

E Gal-

E Gallia nuper certò cognouimus,
congregatis Aureliæ comitijs procerū,
præsente etiam rege, Decembri mense
anni 1560. cometam maximū per 28.
dies, (quandiu nimirum comitia dura-
uerunt,) supra urbem apparuisse.

*DE PRODIGIIS IN P E D E M O N
tana regione visis, ex literis ad Principem quē-
dam datis, anno M. D. L X. De-
cembri mense.*

CHirasci visus est ignis in aëre, qui
trib⁹ horis duravit. Trauillæ to-
tidem horis sanguine pluit. Fofani tres
cometę tanquam ignei conspecti. In
planicie iuxta Centaliū, maximus equi-
tum numerus turmatim apparuit. Ca-
ragnani animaduersus est terræmotus,
veluti quadrigarum sonantium. Pina-
roli visum est linteamen igneum: & alijs
in locis alia multa prodigia.

De Capra cœlesti (sic enī Aristoteles
vocat) visa Cathalani, anno 1554. quod
nobile Galliæ oppidum est, Cholos vul-
gò dictum, sexto idus Martij intra sep-
timam

timam & octauam horam pomeridia-
nam, circa Lunam ignis ardens, cui lan-
ceæ cuspi inesse videbatur, ab oriente in
occidentem vergens, flammâsq; hinc in-
de eijciens, cum immenso fragore visum
est, vt Conradus Lycosthenes in suis pro-
digijs tradit.

De prodigijs visis initio anni 1556.

INEVNT E anno Domini 1556.
die sabbati post Natalem Dominicū
circa vesperam, fulgura apud nos (circa
Lauingam, vt in epistola quidam ad ami-
cum nostrum tunc scribebat) corusca-
runt, & tonitrua audita sunt, nec procul
à nobis in pago domus fulmine tacta &
cremata est. Cœlum latissimè ceu patu-
lum & apertum, magnas & claras flam-
mas eructauit. Qua tempestate noctu
circa horã nonam plurimi mortales mi-
serè perterriti & consternati fuerunt, a-
deò vt nonnulli aliquãdiu muti fuerint.

Ex alia epistola de eodẽ portento: Die
quo diximus, noctu, in Bohemia, Silesia

&

& Misnia, terribili tempestate multi ho-
mines, pecudes, turres & templa ic̄ta, vel
concremata perierunt. Sanguine etiã &
ingne pluit. Melnicca oppidũ, quatuor
miliaribus Praga distans, totũ ferẽ fun-
ditus incendio absumptum est. Pragæ
turris ad diuam Virginem fulmine tacta
est: & templũ interius in monte S. An-
næ. Tempa duo duobus Lipsia miliari-
bus distantia exusta sunt. Ibidemq; san-
guine copioso pluit: & visi duo cameli
in coelo deuorantes hominem armatũ.

Eodem anno 1556. Ianuarij die 11.
noctu Augustæ Vindellicorũ coelum se
aperuit versus alpes, tanquam ardens,
idq; aliquandiu, terribili spectaculo: &
quod diem extremum minari videretur.
Miccenhusæ in Bauaria splendor tantus
fuit, vt lux candelarum in zetis obscura-
retur: & ijs extinctis ad duas vel tres ho-
ras splendor coelestis hominibus satisfa-
ceret. Vtriusque proximè dicti prodi-
gij Lycosthenes quoq; meminit.

Eodem anno 1556. quinto Septem-
bris in Marchiæ oppidulo Custerino, ho

ra nona vespertina innumerae Flammæ
vndique cœlo emicuerunt. In medio
verò cœlo trabes duæ ignitæ visæ : ad
extremum autem incerto authore vox
desuper audita est, VEH, VEH,
ECCLESIAE. Hæc Iobus
Fincelius de miraculis
sui temporis.

DE ADMIRANDA
QUADAM VISIONE, ET
Prodigijs quibusdam:

EX PRO O E M I O I O A C H I M I
*Camerarij Pabepergensis in Chronologiam Ni-
cephori, ab ipso conuersam in sermonem Lati-
num & explicatam: quem librũ recens
Io. Oporinus Basilee excudit.*

Postquam in ea tempora incidit vita
mea, quibus Reipub. aut ruina mise-
rabilis, aut pernicioſa mutatio, aut con-
uerſio admodum vehemens atque tur-
bulenta impendet: sanè letor non elatũ
me animo, neque vlla re fretum, splendo-
rem & munera Reipub. appetuiſſe, etc.
Nam quid obſecro fit aut concipitur
vſpiam, quod non ad labefactandam
Remp. pertineat? Quanta eſt hominum
pertinacia? quanta iracundia? quæ
vindiçtæ cupiditas? quæ regnandi libi-
do? Hæc tamen teguntur occultando

C V

honestis. nominibus constantiæ, animi
excelsi, seueritatis, dignitatis: & iura di-
uina atque humana multorum malitiæ
seruire coguntur. Inter hæc nihil ferè cõ-
sultò geritur: & neque prouidentia ac
cautioni, neque sententiæ mutationi at-
que correctioni locus relinquitur. Om-
nia licent ijs qui præstant viribus atque
potentia. Sacra, profana: publica, pri-
uata: pacata, hostica, in nullo discrimi-
ne ponuntur. Omnis ætas, lexus, con-
ditio, ludibrio vincendum exposita est.
Odia exercentur capitalia: ad quæ ex-
plenda vndique auxilia accersuntur. Se-
uitia autem & crudelitas barbariæ im-
manitatem exæquat. Quæ cum per se
turpia & mala sint, tum quia cõtra mo-
res atque instituta maiorum fiunt: eam
Rempublicam, quam illi posteris reli-
querunt, inter hæc perire & amitti neces-
se est. Et si autem hoc collocationes si-
derum, & ostenta ac monstra plurima si-
gnificant atque monent: tamen euiden-
tissima sunt signa, mutationum priorum
euenta, ex quibus certissimas coniectu-
ras

mi
di-
tiq
ó-
ac
it-
m-
ue
ri-
i-
n-
t.
e
n
f

ras capere de futuris liceat. Quæ paulò
differi verbosius, non fuerit, vt opinor, a-
lienum. Ac Astrologicæ prædictiones,
de congressibus stellarum, de defectibus
ac laboribus Solis & Lunæ, de cometarũ
flammis, nemini ferè sunt ignotæ. Mon-
stra autem alia, minus iam propter cre-
britatem mouent animos hominũ. Quæ
enim visa fatidica tã vigilantibus quàm
dormientibus, oblata esse perhibeantur,
exponere esset longum, vel potius infi-
nitum. Vnum commemorabo, diuinum
somnia, & vnã cælestem, vt ita loquar,
picturam. Visus quidam fuit ante an-
nos aliquot vir bonus & pius, videre
omnia vndique exercitibus & apparatu
bellico compleri, & ferro atque igni op-
pida agrósq; vastari: cadere multos, ne-
que tamen victores vspiã conspici: præ-
lia etiam ita cõfundi, vt neque à quibus,
neque contra quos fierent, satis liquidò
appareret. Vno tantùm loco chartas il-
le conspicit quinque, distinctas colori-
bus, & præferentes appellationes ac sen-
tentias diuersas, quæ è sublimi demitte-

ren-

rentur, hoc modo; nigra Iudæorū, Mo-
sis Lex: alba, Christianorum, Sola fides
Christi: fulua, pontificum Rom. indul-
gentiæ: punicea, Turcarum, Sarraceni,
Mahometh vnus Dei nuncius: fusca,
Anabaptistarum, opera, libertas. Hęc
quid significarint, non potest obſcurum
eſſe vlli, qui voluerit cogitare, quid &
his annis aliquot acciderit, & nunc etiã
fiat. Eodem fermè tempore longa histo-
ria conſpecta eſt in nubibus, cuiusq; po-
ſtea edita pictura in Belgico, talis: Inue-
hitur equo concitato ad curſum, quidã
cum hafta proiecta. Supra hunc Caroli
V. Cæſaris coronati capitis effigies, &
prope roſtrū porci, & ſuperiùs duo leo-
nes aduerſus alios tres proſilientes cer-
nantur: infrà autem, dracones duo flam-
mas euomunt. Hęc ſequuntur bellici
apparatus terra mariq; , oppidorum ca-
ſtellarumq; inflammationes iterum atq;
iterum. Et pauo ſine pedibus, nullis aliis
paſſis: proptèr q; cum draco, in aëre. Et
ibidem aquila poſt rupem abſcondita,
parte ſui maiore: & circum rupem par-
uæ

uæ aquilæ. Itémq; coronatus leo proie-
ctus in tergū, cuius guttur percutit gal-
lus gallinaceus. Post ista congregan-
tur beluę multæ & variæ, & formis ab-
horrentibus: monstroſę omnes, præter
feram vnicornem, quę Græcis *μονόκερω*
est, perquã elegantem, & admodum
vastum elephantum. Mox rurſum exer-
citus, & incendia: & gallus aſſiſtens ad
leonem, cuius amputatum caput cerni-
tur. Poſtremò lacus ingens, quo ſubmer-
ſa oppida eminentes templorum pyra-
mides indicant: & ſola camelus in ripa,
quaſi bibens capite in lacum demiſſo.
Ubique autem aſſunt dracones flammi-
uomi, aſſantes ignes & venena. Mihi
quidem hæc etiam ipſa non remotas ne-
que difficiles habere coniecturas viden-
tur, ijs max. turbis, quibus conflictatur
ætas noſtra, commotis. Partus autem
monſtroſi, tam humani quàm aliorum
animantum, nunciati ſunt innumerabi-
les, his annis ſanè multis. Inter quos inſi-
gnis, Vitulomonachus: & ante eum, aſi-
ni,

ni, hominis, piscis, permistę figurę. Et
postea prolatus Monachopiscis. Nam
intra viscera viri, reperta ferramenta
(id quod nos verum esse comperimus)
quid nisi intestinos motus portende-
runt? His igitur se tam frequenter,
tam mirificę ostendentibus, intelligi
profecto debet, ipsius iam naturę co-
natus detorqueri, ac rerum humanarum
conditionem verti, neque magis posse
eas debilitatas & languentes consistere:
sed quemadmodum partus monstro-
rum vitales non sunt, ita huius seculi
statum degenerem atque corruptum
non esse duraturum. Id quod memi-
ni prædicere quosdam, cum puella ad
Rhenum sine cibo & potu viuere per-
hiberetur: Quasi hoc indicaretur, mi-
rabiliter fieri, vt Resp. non interiret, ijs
destituta atque abstinens, quibus nu-
triri ac sustentari deberet. Sed mani-
festis. prouidentię signa videamus. Vt
enim, quia solem ortum esse & occidisse
scimus, ideo & diem & noctem ad-
uentu

uentu decessuque huius luminis deinceps fore statuimus : Sic, quemadmodum opinor, quod post legum, disciplinae, institutorum dissolutionem, securitas esse semper Reipublicae aliquas labes, saepenumero etiam interitum, cooperimus, nunc etiam imminere hoc periculum possumus conjicere.


FINIS.



AKT 19193


+2206324

AKT



B.I.G.

Farbkarte #13



Q L 545, 8

II 9
193

HISTORIA
ET INTERPRETA
TIO PRODIGII, QVO COE-
lum ardere visum est per plurimas Ger-
manię regiones, incunte Año Do-
mini M. D. LXI. die tertio
à natali dominico, qui
pueris innocenti-
bus dedica-
tus est.

ET DE ALIIS QVIBVSDAM
prodigijs veteribus ac novis.

CONRADO BOLOVESO
Fridemontano authore.

BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(SAALE)

